



**Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. LII. Virgine adiutrice iuuenis ex aetern ae mortis supplicio  
elabitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

gelicis salutationib. florum uice utens, toseas ac floridas corollas quotidie componere pergebat. Factus eiusdam coenobij praefectus, eius caussa peregrin proficiscens, obliuione diem unum piam confuetudinem intermisit. Dum per remotissimam, & ingentem siluam iter haberet, ex equo desiliens a ceteris paullò longius digressus, Virginem salutatum iuit, uti consueverat. repente è latebris latro erupit, qui monaco precationi dedito equum res omneis, & uitam ipsam eripere decreuerat. Iam uero de illo actum fuisset, ni Virginis pietas imminens periculum propulisset. Latro n. in ipsum telum conuiterat, ut incautum occidet; sed statim formosissimus puer obuiam se dedidit; qui è monaci ore rosas prodeuteis colligēs, centū rosarū corona contexta, eaq. capiti imposita in coelum concendit. Id uides latro ad praefecti pedes se abiectis eius pacē exposcebat, quae de illo puerō, acciderant, quaeq. ipse uiderat singulatim exponēs. Quin etiam latro, religioni, & coenobio nomine dato, ad frugem animum applicans, pie, sancte, & integre reliquam aetatem degit.

**MIRAC. VIRG. LII.** *Virgine adiutrice iauenis ex aeternae mortis supplicio elabitur.*

**I** Vuenis clericus, et si in omne uitiorum genus prolabebatur; quotidie tamen prae scriptis ac disperditis horis Virginis laudes ordinatim recēlebat. Forte amnem tranabat, ut foedam libidinē expleret.

Matutinae

*mitig*

Matutinae precationis muneri minimè satisfactū sentiens, sedulò illi rei operā dare incipit. Vix ea uerba recitauerat, AVE MARIA, cùm fluminis impetu abreptus est. Neq. uero ipse, dum aquis immergetur, ab incepta precatione, donec sibi anima fuit, defitit. ipso interempto cacodaemones animam astraxere. Huic Virgo aduocata ueniens, à filio impenetravit, ut ante eius conspectum de ea re iudiciū esset. Quinetiam pro cliente caussam uehementer agere, pro illo dicere; atq. ita filium alloqui; Tu, filij hominib. sanctissimè pollicitus es; ubi illos morienteis compiceris, ibi iudicium habiturum. Quod si istius uita minus purè acta est; tamen eius finem laudum mearum prædicatione conclusit. Fas igitur est, ut per te misero clienti pacem impetrem; eumq. tu propitiatus serues. Quod si aduersarios, quae à me dicuntur, nō pudet diffiteri, uerum ipsum explorent; & eius os apertant. Ea re facta, Angelicae salutationis uerba AVE MARIA aureis litteris inscripta in ore, & lingua reperta sunt. Ab anima impij statim auulsi sunt; quam iustissimus iudex ad corpus redire iussit, ut ab illis errorib., quib. se priùs adstrinxerat, desciscēs, sacerdos ad honestum uitiae genus se reuocaret, quod factū est.

MIRAC. VIRG. LIII. abnoq.

*Quanta dulcedine Mariae Virginis sacratissimae nomen sit conspersum.*

**C**oloniae in ciuitate apud D. Seuerini, in solitudine uitam pium vir agebat; ad quē saepe illius ciuitatis